





VIRI ILLUSTRIS
SAMUELIS
PUFENDORFI,

L. BARONIS

ET

SERENISSIMO ELECTORI BRANDE-
BURGICO A CONSILIIS
INTIMIS,

MEMORIAE SACRUM.

BEROLINI,

Typis VIDUÆ SALFELDIANÆ.



*Entibus Arctois & mundi cognitus
oris*

*PUFENDORFIUS ultimis,
Funere crudeli fatoque ereptus
acerbo*

Hoc sub marmore conditur.

*Luget Eum, CAROLUS, luget FRIDERICUS
& omnis*

Brenni exterrita civitas.

*Noverat Europam, populisque quid utile, quid non,
Mentis lumine viderat.*

*Illius historiam moresque artesque regendi
Viva expresit imagine.*

*Iustitiae & legum primordia, Juris & aequi
Designavit originem.*

*Martia GUSTAVI certamina, bellaque seris
Scripsit Teutona posteris.*

*Hei mihi! Brennigenae dum textit Principis acta,
Acta Principis inclyta,*

*Substitit, & pariter calamum, pariterque reliquit
Vitae lumen amabilis.*

*O quantum interiit rerum, FRIDERICE, tua-
rum!*

*O quantum Sapientiae
Civilis, quantum antiquae virtutis & artis,
Urbs Berlinia perdidit!*

*Amstelodami, Kal. Decembr.
clb lbc XCIV.*

PETRUS FRANCIUS.

D. M.
VIRI ILLUSTRIS
SAMUELIS PUFENDORFI,
L. BARONIS
ET
SERENISSIMO ELECTORI BRAN-
DEBURGICO
A
CONSILII INTIMIS.

R Arum doctrinae miraculum, nobilis umbra
Heroibus permixta temporis boni,
PUFENDORFE, tuis semper maturior
annis,

Et mentis alta lucidus semper face:
Te raptum invidiâ Superûm (sic credere fas est)
Musis ademit dura Parcarum manus,
Ne foret in terris qui gesta illustria bello,
Qui pace mores conderet facta probos.
Scilicet auxisti numeros, Vir Magne, piorum:
Plausere Manes, & coronati chori.
Elysiæ plausere animae. Tibi Silius * acer
Simili peremptus peste, gratat obvio.
Atque Antenorei simulacrum nobile LIVI
Facundum amico pectus amplexu terit.
Hic autem moerent casti, te vindice, Mores;
Hic jura moerent forte nascendi data:
Gestarumque manu servatrix Pagina rerum;
Et masculi vigoris Eloquentia.
Tum, quod præreptæ lucis solamen honorum est;
Hic FRIDERICUS moeret ipse TERTIUS.

* *Silius Italicus, Vir Consularis, idemque historicus magis quam poeta.*

Amstelodami, Kal. Decembr.
cl̄o Ico XCIV.

JANUS BROUKHUSIUS.
BEATIS

BEATIS MANIBUS
ILLUSTRIS
PUFENDORFII,
SACRUM.

Ossa PUFENDORFI, tenuem replentia te-
stam,
Attonitâ, fertur, MUSA tulisse manu;
AN FUIT ILLE MEUS? Factans suspiria
DIXIT;
An defessa Facet nescia penna mori?
REM SCIO. Contulerat summos REX magnus
honores,
Contuleratque suum PUBLICA FAMA
Decus.
Quot dotes NATURA dedit? quam PURPU-
RA Lucem?
Quantus erit doctæ Posteritatis HONOR.
QUID SUPEREST? Sophie, Rex, Princeps,
Curia, Pindus,
Et Natura gemunt, FAM SUPERESSE
NIHIL.
IMMORITUR MAGNIS SCRIPTORUM
GLORIA REBUS;
NEMPE SUUM DEUS HIC IPSE CO-
RONAT OPUS.

ILLUSTRI VIRO

Evergetæ Maximo acerba fati lege sibi erepto ultimi
honoris causa, cum gemitu posuit

JOHANNES REINHARDUS Hedinger/
Prof. Jur. N. & G. Ordin.

Gießz Hafforum
d. 17. Decembr.
1694.



